



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

**Parisiis, 1644**

In Hoc Concilio, Quid Egerint episcopi, qui ad transmarina legati directi  
sunt, intimatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

accipiant ab ordinatoribus suis, manu eorum conscriptas, continentes consulem & diem, vt nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriatur.

## LVII.

Dist. 72.  
Placuit vt  
quicumque.  
Et in Mile-  
uitano cap.  
19.  
Cod. Can.  
cap. 90.

Item placuit, vt quicumque in ecclesia vel semel suscepto officio legerit, ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur. Et subscripserunt: Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis, huic Decreto consensi, & prælecto subscripsi. Similiter & ceteri episcopi subscripserunt.

*IN HOC CONCILIO, QUID EGERINT  
episcopi, qui ad transmarina legati directi  
sunt, intimatur.*

De hoc Concilio vide notas in Concilio Africanū I. sub Innocentio.

**G**LORIOSISSIMO imperatore Theodosio Augusto & Rumorido viris clarissimis consulibus, VIII. Kalendas Septembris, Carthagine, in basilica regionis secundæ, cum Aurelius episcopus in vniuersali Concilio confedisset, adstantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit: Exigente ratione, fraternitas vestra a mea tenuitate ad hoc Concilium congregata est. Iamdudum enim, (sicut vestra sanctitas recordatur) habito Concilio, destinauimus fratres nostros ad transmarina legatos, quos oportuit in cœtu sanctitatis vestræ perfunctæ legationis cursum narrare. Et licet hesterno die de hac re considerantibus nobis, præter gesta ecclesiastica diligentius, quæ gesserint, tractaremus, hodie tamen oportet tractatum hesterni diei actis ecclesiasticis confirmari.

*DE EPISCOPIS PROVINCIARVM AFRICAE  
qui non adfuerunt præsentī Concilio.*

**O**RDO itaque rerum deposcit, vt primitus de fratribus nostris & consacerdotibus, qui ad hoc Concilium vel de Byzacio, vel certe de Mauritania conuenerunt, quæramus, quemadmodum huic Concilio decreuerint interesse, & offerentibus Philologo, Geta, Venustiano